



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 10. An sit tententio Dei, si petas, ut Deus manifestet voluntatem suam aliquo miraculo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

» quia Deo inspirante factæ sunt, vel quia innocen-
 » tes ad eas compulsi, sunt liberati, *Bonac. d. 3. q. 9.*
 » *Prop. 3.*

A D D E N D A.

46 Quæst. 10. *An sit tentatio Dei, si petas, ut Deus voluntatem suam manifestet aliquo miraculo.* *R.* Negat *Valentia*, quamvis admittat esse irreverentiam erga Deum, quia nimium petitur. Ratio ipsius est, quia talis non dubitat de aliqua perfectione Dei, quod ad tentationem Dei requiritur, sed tantum dubitat de objecto voluntatis divinæ. Econtrà affirmat *Castrop. T. 17. d. 2. p. I. n. 3.* citans pro se *S. Thom.* & alios, quia vult explorare voluntatem Dei mediis indebitis, addit tamen, si causa petendi adsit, & quis humiliter petat signum aliquod divinæ voluntatis, v. g. pro confirmatione suæ Fidei aut pro re periculosa aggredienda, non fore peccatum; tum autem petetur humiliter, inquit *Suar. cum Sanch. L. 2. c. 34. n. 9.* si paratus sit credere aut facere, quod iudicabit Deum velle, quamvis signum non concedatur.

47 Q. II. *An sit tentatio Dei, offerre se ad martyrium.* *R.* Est, si fiat temerè & absque justa causa, ita *Nax. Lop.* aliique cum *Sanch. n. 15.* quod ex *S. Thoma* sic probat n. 1. & 2. quia talis interpretativè & implicite sumit experimentum de Dei Potentia & Providentia, cum finè necessitate aut utilitate justa ad id cogente expectet à solo Deo effectum constantiæ & victoriæ inter tormenta ordinariè excellentia vires naturales, quærítque periculum, à quo nullatenus, aut vix liberari potest, nisi à solo Deo. Tum autem tantum est justa causa, quando adest præceptum vel consilium Martyrii.